

gracilescentibus ornatum. Fuius anteriori
in facie corona insculpta est querna, cum liris
hincinde. 2-2. In extremis gradibus columnæ
eductiores Victoriolis premiatrixibus ornā-
tur. Sic præterea tanquam loco sacro sa-
crifici duo prætextati stant, alter lituum,
alter sympullum tenens. Super scriptio. ME-
MORIA AETERNÆ. infra. MAVSOLEVM AVG.
Dum hunc animum grandem perlatum
memini me habere in manibus, apud Q.
Julium Romanum Mantua.

In una parte.

5. Augustus effigiatus est aperto capite, laevis ob-
tutu, cum tali epigraphæ. CAESAR MVN. P.
P. C.

In altera.

Ara est, Julio posita, cuius manibus duo sa-
crificatum est, in qua insidet columna
alta, cum imagine Caesaris. Apud quam
hincinde sacrifici stant duo prætextati, alter
sympullum, alter lituum habens. Super-
scriptio. PIETAS. infra. PERPETVA. Num-
mum hunc argenteum ego demonstrare
potero.

In una parte.

6. Augustus depingitur laureatus, laevis obtutu,
cum nominis encomio. AVGVSTVS TR. POT.

In altera.

Circus
e.